Ieſus aſellū,& [f]ſedit ſuper eum,ſicut
ſcriptū eſt,Noli timere filia Sion: ec
ce Rex tuus venit, ſedēs ſuper pullū
aſinæ.Hæc nō cognouerūt diſcipu-
li eius primum,ſed quādo glorifica-
tus eſt Ieſus,tūc recordati ſunt quia
hæc erant ſcripta de eo,& hæc fece-
rūt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat
turba,quæ erat cū eo , [g]quando La-
zarū vocauit de monumento,& ſu-
ſcitauit eum à mortuis.Propterea &
obuiā venit ei turba,quia audierunt
eū feciſſe hoc ſignū.Phariſæi ergo di
xerunt ad ſemetipſos , Videtis quia
nihil proficimus ? ecce mūdus totus
poſt eum abijt.[h]Erant autē quidam
[16]Gentiles ex his,qui aſcenderant,vt
adorarēt in die feſto.Hi ergo acceſſe
runt ad Philippum,qui erat à Bethſaida Galilææ:& rogabant eum, di-
centes,Domine,volumus Ieſum vi-
dere. Venit Philippus , & dicit An-
dreæ,Andreas rurſum & Philippus
dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpōdit
eis,dicens,Venit hora vt [17] clarifice-
tur Filius hominis. Amen amen di-
co vobis,[i]Niſi granum frumenti ca
dens in terrā, mortuū fuerit , ipſum
ſolum manet: ſi autem mortuū fue-
rit,multum fructum affert. [k] Qui a-
mat animā ſuam,perdet eam: & qui
odit animam ſuam in hoc mūdo , in
vitam

f Ieſus aſinæ inſidens, ingreditur Ieruſalem. Matth. 21. a Marc. 14. a Luc. 19. f Zach. 9. b

g Credentes ob Lazarū ſuſcitatum.

h Gētiles volunt Chriſtū videre.

16 Gentiles) Græci.

17 Clarificetur) Glorificetur.

i Granū frumenti.

k Amare, vel odire animā.